





EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.



25  
27

AD  
ILLVSTRISSIMVM  
PRINCIPEM AC DOMINVM, DO-  
MINVM IOHANNEM GEORGIVM  
PR: Anhaltinum, Comitem Ascaniæ, Dominum  
Servestæ & Bernburgi, &c. in Illustris recens natæ  
Filiolæ Hagnetis Magdalenzæ natalem,  
Genethliacum.



SERVESTÆ  
Exeudebat Bonaventura Faber, c15 15 XC.

PP





AD  
ILLVSTRISSIMVM  
HONORABILISSIMO DOMINO  
FRANCISCO JOHANNES  
DE ALBANO  
SECRETARII & CANCELLARII  
SACRÆ THEOLOGICÆ FACULTATIS  
CATHEDRÆ





## C A R M E N.

**V**icinas resonare novis vagitibus auras  
Albis ut audiret, gelido prospexit ab antro,  
Observansq; dies festos, ac sacra parari,  
Illustris partumq; puella ad sydera tolli,  
Exiit, subitoq; suo se spumens alveo  
Reddidit: hic illi chlamydem noctesq; diesq;  
Urgebant hyalo Nympha, muscoq; virenti,  
Grandiaq; intextis ornabant fila smaragdis,  
Inter quam, Glauce cura, Ianira labore,  
Arte Thoë melior, vario lusuq; jocoq;  
Conantur rerum varias inspergere formas.  
Et iam Sol medio currum librabat Olympo,  
Cum Senior tangens harentem vligine barbam  
Demulcensq; manus, nec non habitantia secum  
Numina respiciens, his vocibus ora resolvit:  
Ite mea nata, sacrum genus ite laborum  
Nunc vacua, saltum nostrasq; mouete per undas  
Lux affulsit enim, qua germine ruta virenti  
Aucta, patri patria pulcrã Mansfeldica coniunx  
Filiolã, optatũ peperit decus, Illicet omnes  
Latifico cordis testantur gaudia vultu,  
Sedibus exultantq; suis: pars rore marino,  
Tempora, pars apio, redimit: pars sanguine ferta  
A 2 Tincta



Tincta Therapneo vincit: sine cortice bulbum  
Pars fert narcissi, molliq; incedit amictu.

Conveniunt, iunctisq; cauis per mutua palmis,  
In gyrum canere, & latas agitare choreas  
Incipiunt, modulos alternant Sala, responder  
Albis & applausu, dulcem dat Mylda sonorem.

His actis, patris ingressa sub limina Nympha,  
Conticuere omnes, intentaq; ora tenebant.  
Inde toro Senior, cubito subnixus, ab alto,  
Quod votis, inquit, toties optauimus unum  
Vobiscum Nympha, fausto nunc sydere fata  
Aduexere, hausit vitales luminis auras  
Infans, Ascanij, quo pingua culta vetusti  
Gaudet, & Anhalti magna cum gente triumphat.

Qualis in Aprico se tollit amaracus horto,  
Omni quam studio, plenis iam nubilis annis  
Virgo, paulatim teneras consurgit in auras  
Pulcrior, & dulcem late diffundit odorem:  
Haud aliter teneris infans adolescit in annis,  
Nec se quisquam illi formoso conferet ore.

Omen inest Nympha, sacrum genus, ut modo  
Almus nascenti primos ostenderit ortus (namq;  
Lucifer, emicuit diffuso lumine caelum

Tristia



Tristia in obscuram damnataq; nubila noctem  
Tartareas petiere domos, squalentia regna,  
Et caligantem super incubuere paludem

At patre ex alia, manibus per mutua nexis  
Sancta aderant Charites: non illis lumina torva  
Non facies ullas praeportans pectoris iras:  
Verum oculi dulces, & lata frontis honores,  
Et vigor inspirans tacitum in praecordia amorem  
Haec dum nectareo corpus sparsere liquore  
Gaudentes placidis contingere leniter vlnis,  
Et molli fovisse sinus: cum labra labellis  
Fixere infantis: queis nunc quoque gratia iuncta est.

Non Cythereia procul roseo Venus astitit ore,  
Attulit aureolosque pedes in limina recti:  
Qualis cum nubes, tempestatesque sonoras  
Disiicit, & pulcros gemmantis veris honores  
Evocat e gremio terra omniparentis: & hortis  
Hesperidum qualis sero subvespere sese  
Fert tenera illidens felicia gramina planta.  
Illa, velut nutrix, circum cunabula, primum,  
Sedula, iucundo capiti tam dulcis alumna  
Effudit varios flores, vaccinia, calthas,  
Fila croci, rutam, nardi que virentis aristas.  
Illa suum decus Infanti concessit habendum,



DEq̄, suis oculis oculos, de pectore pectus,  
De manibusq̄, manus finxit, deq̄, oribus ora:  
Ut cum primo venisset flore iuventa  
Atq̄, olim placidis etas foret apta hymenais,  
Præstantem egregio nullam sic ore videret  
Aureus, Eoo vel cum se gurgite fessis  
Tollit equis, Titan, vel cum se condit Ibero.  
Admovit quoq̄, blanda manus Saturnia nata,  
Permulcensq̄, artus, sceptris haud, dixit, a vitis  
Sceptra minora gerens, variasq̄, Ducissa per urbes  
Incedes, populisq̄, potens, Et divite regno.  
Magna Jovis coniunx, magni tibi coniugis om̄e  
Præcinit, hæc q̄, suis oppignorat oscula dictis:  
Osculaq̄, in teneris sonuerunt pressa labellis.  
Fortunate Infans, felicibus edide fatis,  
Quo nomen, laudesq̄, tuas, laudesq̄, tuorum  
Fama coronatis non est latura quadrigis?  
At vos ò Diæ, Junoq̄, Venusq̄, fauete,  
Ferte rosas plenis calathis, Et lilia cana  
Spargite, humum violis vestra iã spargite amata:  
Vos etiam blanda charites quia numine vestro  
Tot pulcres illi dotes, superumq̄, decorent  
Suffecisse iuvat, vestram defendite porrò,  
Et prohibete malis: ventura ut tempora lucis  
Plurima



Plurima dinumerans, semper gratissima surgat,  
Æternūq<sup>3</sup> suis nomen, gentiq<sup>3</sup> futura,  
Virtutum aternū specimen, pulcerrima linquat.  
Finierat Senior, mox votis Iuppiter aquis  
Annuit, Infantiq<sup>3</sup> secundum sternuit omen.

Et pietatis & gratitudinis stu-  
dio, erga patrem patriæ humil:  
animi subiectione  
M. Iohannes Cnor Hanoicus F.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Et fuit...  
do. etc. etc.  
anno...  
M. Johannes...





Nov 1996

8

ULB Halle 3  
002 063 808



nicht aufg., da unvollst. u.  
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 1996 |

VB 17

M











25.  
27

AD  
ILLVSTRISSIMVM  
PRINCIPEM AC DOMINVM, DO-  
MINVM IOHANNEM GEORGIVM  
PR: Anhaltinum, Comitem Ascaniæ, Dominum  
Servestæ & Bernburgi, &c. in Illustris recens natæ  
Filiolæ Hagnetis Magdalenzæ natalem,  
Genethliacum.



SERVESTÆ

Exeudebat Bonaventura Faber. c15 15 XC.

PP